

*Ευλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν ὅτι  
ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἀξιοὶ καὶ τὸν πέπλου.*

## I.

ARIST. EQUIT. 565.

Nobis resurgant sæcula Teutonum  
Nobis loquantur Catholicæ preces,  
Mentemque pandentes avitam  
Commoveant animos avaros.

## II.

Manent, ut olim Religio patrum  
Arma excitavit fortia, non lucrum;  
Ardorque virtutis priorum  
Degeneres animet nepotes.

## III.

Manent, ut olim pauperiem pati  
Matres amarum et ferre jugum crucis  
Crux ipsa Divini Magistri  
Edocuit vigiles per horas.

## IV.

Manent, ut olim, quæ melior Deo  
Sacrarat ætas agmina virginum,  
Terris in incultis agresties  
Et steriles domuere campos.

## V.

Qui candidistis fana Britanniaë,  
O qui Britannis jura patres pia  
Dedistis ut quondam favete  
Preteriti memores amoris.

C. PELHAM MULVANY.